



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 23. Comes Britannia in Franciam profugus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

rum concedit, in Britanniam reversurus; Sacul. XV.  
est immutata repente maris fide, ac A. C. 1485.  
obortæ tempestatis vi in Dieppæ portum  
depulsus hæsit. Inde nulla mora ad Gal- Harpsfeld.  
liarum Regem, & Bellojovensem Co- hist. Eccles.  
mitissam præcipuum ex suis Ministerum Angl. scđ. 15.  
ablegat, qui supplicaret, ut Comes per cap. 7.  
Franciam in Britanniam redeundi co-  
piam haberet. Legatus per honorifice  
exceptus haud ægre, quæ petiit, impe-  
trabat, eique insinuatum, quod Comes,  
si ad ipsum Regem confugisset, haud du-  
ble ab eo potentiores suppetias, quam a  
Britanniae Duce obtinuisset.

### §. XXIII.

#### *Comes Britannia in Franciam profugus.*

Ergo Richemundius in Britanniam re-  
vertitur, Ducique adversa itineris sui  
fata ennarrat, quem Britannus non solum  
potenti eloquentia, sed etiam recentis  
auxilii spe erexit; attamen Landasius  
consilia sovebat, a pia Ducis voluntate  
plurimum aliena; quippe Comitis factio-  
nem penitus deletam esse ratus, animo  
constituit, Richemundium omni ope de-  
stituere, eumque in Angliam ad Richar-  
dum deducere, inscio tamen Britanniae  
Duce, utpote quem tam iniquæ violen-  
tiae nullo unquam tempore affensurum,

per-

**Secul. XV.** perbene noverat. Richardus etiam Lan-

**A. C. 1485.**

dasium, qui plurimum apud Britannum  
valebat, adeo arcte sibi devinxerat, ut  
eum in omnibus sibi ancillantem habe-  
ret: tempestive autem Heliensis Epis-  
copus eo tempore in Flandria moraba-  
tur, qui proditionem inter Angliae Re-  
gem & Landasium conflatam edoctus,  
nullius morae dispendio Richemundii  
Comitem de periculo certiore reddidit.  
Hinc ille Veneto nonnisi quinque suorum  
stipatus clam auffugit, sparso ruris vol-  
uptatibus fruendi praetextu. Jam aliquot  
Leucarum Veneto distabat, cum suorum  
quatuor, mutato itineris cursu, præce-  
dere, ac nulla statione facta ejus adven-  
tum in finibus Galliae præstolari jubet:  
Cum igitur solus esset, ac nonnisi unicum  
haberet famulum, studiose Agasonis ve-  
stem induit, sicque personatus tanta e-  
quorum celeritate ad Andegavensis Pro-  
vinciæ confinia pervenit, ut Equites a  
Landasio, qui Comitis fugam compre-  
rat, submissi solida hora tardius adven-  
taffent.

#### §. XXIV.

*Richemundius cum copiis Gallicis in  
Anglia appulsus.*

*Polyd. ibid.  
lib. 25.*

Paulopost Angli, quos Comes Veneti  
reliquerat, eum quoque sequebantur:  
his